



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Universitätsbibliothek Paderborn

**Floremundi Raemundi V. Cl. Olim Consiliarii Regis
Galliarvm Ex Calviniano Catholici Synopsis Omnium hujus
temporis Controversiarum tam inter Lutheranos,
Calvinistas quam alios plurimos. Sive Historia ...**

Raemond, Florimond de

Coloniae Agrippinae, 1655

II. Schema ejus genethliacum.

urn:nbn:de:hbz:466:1-10880

sumus(a) Martius nomen ei fuit; Lotter vero cognomen, hoc enim ipse in prima ad Eckium epistola ponit. Alij Luther appellant. Verum quia primum illud in Germanicalingua mali est ominis, ut quod Scurram, atque adeo nihili hominem significat; alterum vero numerum Antichristi, in Apocalypsi designatum, includit: Monachus Hicoster, & turpitudinem & malum hujus & illius omen averfatus, Luther dici voluit, quod eadem lingua Putum sonat. Idem Manichæos fecisse, ex Augustino discimus, (b) qui non ab antesignano suo Mane Manichæi (ne scilicet *Mavia*, id est, infania, nomē ei dedisse videretur (sed Mannichæi

appellari voluerunt, quasi facta voce ē *Manna* & χῆν Fondo, quod scilicet doctrina ipsorum, quasi cœlestis ille cibus, ē cœlo esset defusa. Sed nomen Lutherus mutare potuit; colorem tamen & suum quasi fatum mutare non potuit. Non enim modo Latinum ipsius nomen (ut non sine mysterio cap. xxiii. lib. mei de Antichristo à me annotatum est) sed idem etiam Hebraicis, ut etiam Seta, & gentis, ē qua illa prodiit, Græcis litteris concepta nomina (c) truculentæ, illius bestię sub finem Mundi Dei filio sese oppositura numerum representant, ut ex sequenti tabella apparet.


η	π	ρ	λ	ς	Summa							
200	400	6	30	30	666							
λ	ο	υ	β	ε	ρ	α	ν	α				
30	70	400	9	5	100	1	50	1	666			
σ	α	ξ	σ	ν	ε	ι	ο	ς				
200	1	60	70	50	5	10	70	200	666			
M	a	r	t	i	n	L	a	u	t	e	r	
30	1	80	100	9	40	20	1	200	100	5	80	666

Nec vero illud ratione carer, quod nonnulli Mahumerem & Lutherum in eundem ordinem reculerunt, non minus hunc quam illum Antichristi præcursorum esse existimantes, Uterque enim infamem illum numerum, à cœlestium rerū Secretario in Apocalypsi (d) expressum, portat. Moscovitas vero ajunt Lutheranis & Picardis exprobrare solitos, Luther sua ipsorum lingua significare hominem ferum & crudelē: quæ quasi propria est Antichristi nota.

II. Jo. Jo. Magni nominis Astrologus, genethliacum hujus hominis, libro III. describens, Manum & Jovem in tertia domo constitutos;

defectionē à fide significare ait. Qui enim duos hos Planetas in tertia natiuitatis suæ domo habet, (ut Albuspater & Homat antiqui admodum & Iudicariæ periti Astrologi testantur) apostasiam à fide plerumque patiuntur. Verum ut curioso Lectori satis fiat, ecce tibi thema eius genethliacum, uti à Iunctino est descriptum.

2. Coehlaus Ast. Lutheri anno 17. Sur. com. hist. anno 17. b Vide Cosal. Hist. Pont. 21. c Lib. de her. cap. 42. & lib. 18. contra Faust. c. 22. d Genebr. lib. 4. Chron. fol. 713. c. Apoc. 13.



Feruet mundus (ait Iunctinus Lib. 3.) huius schifmate, quod quia Martem admixtum habet, & Caudam soluitur in seipso infinitaque reddit capita. (nota hic tot hareses ex vna Lutherana exortas) ut si nihil aliud errorem conuincat multitudo ipsa opinionum ostendere tamen possit, cum veritas vna tantum sit, plurimos necessario aberrare. Cardanus vero Lib. de cent. Genit. vbi de Lutheri natiuitate agit, Martem, inquit, Venerem & Iouem circa spicam Virginis in alterius hemisphærij Meridiano coniungi, eique coniunctioni vim aliquam esse decre-

tam, sed sine scepro quod omnes Planetæ in altero hemisphærio existant, & spica Virginis semper proposito suo Religioni velut moderetur. De cetero Solem & Saturnum cum stella Libræ Australis in loco futuræ magnæ coniunctionis, haresis huius robur demonstrare, quum triplicitas illa iamdiu dominata sit: verum Saturnum Soli coniunctum per tantos motus, nullam ei promittere dignitatem.

III. Habes duorum de Lutheri natiuitate Astrologorum iudicium, de qua alij eadem fere senserunt,